

abbas et conventus de Porta suam ad nos detulere querelam, quod, cum allodium eorum in Ver situm sit iuxta flumen^{b)} publicum, quod dicitur Vnstrut, ita quod agri eorum in plerisque locis ripam contingant^{c)}, ex inundatione fluminis eiusdem segetes eorum annis fere singulis mergebantur, ex quo contigit^{d)} eos frequenter dampna sustinere, que tandem evitare volentes ad repellendum aque inundantis impetum aggerem in solo proprio muni- 5 verunt. Porro Euerherus et Hermannus milites et nonnulli alii cives in Stusforde, qui ex altera parte fluminis agros habebant ripe conterminos, aggerem eundem propria auctoritate destruxerunt asserentes, non licere abbati et conventui predictis opus facere, unde aqua repulsa in eorum predia restagnaret. Cum autem sepe dicti abbas et conventus super eo coram nobis predictos milites civesque iam dicte ville convenissent, nos 10 familiarem nostrum pincernam Rudolfum de Saleke deputavimus vice nostra, ut convocatis vicinis super^{e)} dicto articulo secundum ius et approbatam terre consuetudinem iudicaret. Convocatis itaque et requisitis vicinis, qui in eodem confinio predia excolebant, communis fuit sententia et ab omnibus approbata, posse memoratos abbatem et conventum in suo solo licite facere aggeres et alia munimenta ad defensionem prediorum suorum et futuri 15 dampni cautelam non obstante contradictione militum memoratorum vel aliarum quarumcumque personarum. Nos itaque sententiam ipsam auctoritate nostra confirmantes, ne de ipsa dubitari possit in posterum, presens instrumentum conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes huius rei^{f)} sunt: Rudolfus pincerna de Saleke. Theodericus de Vipeche. Albertus Smeline. Iohannes de Heruersleiben. Ekehardus 20 de Sumeringen. Heinricus de Bendeleiben^{g)}. Vlricus de Arnsbere. Euerherus iunior et frater eius Ekehardus. Bertoldus fratrucelis domini Euerheri. Bruno ollarius. Was- mudus forensis magister. Fridericus cellerarius^{h)}, Baldewinus camerarius, Degenhardus magister vini, monachi de Porta. Rudolfus conversusⁱ⁾. Frater Beringerus. Frater Sifridus^{k)} de Porta. Hermannus de Stusforde. Gothefridus Capud^{l)} Agni. Theodericus 25 Caluus. Acta sunt hec anno incarnationis domini M. CC. XXVIII., indictione secunda.

424.

Die Landgrafen Heinrich und Konrad bestätigen auf Bitten des Abtes Ekkehard dem Kloster Reinhardsbrunn den Kauf einiger Besitzungen zu Rulldhausen u. a. Vergl. No. 391. 1229.

Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha QQ I. g. 84. Die beiden S., an lila, gelben und braunrothen 30 Seidenfäden, das Heinrichs verloren, dasjenige Konrads = Taf. XIII. 1^{ab}. Phot. II. St. A.

Gebr.: Schöttgen und Kreysig, Beiträge 3,430.

:In nomine: sancte et individue trinitatis amen. Henricus dei gratia Turingie langravius Saxonie comes palatinus | et Cunradus frater eius. Quia nulla munitio adeo est firmata, ut assultus vis vel fraudis non excipiat, constare | volumus universis 35 fidelibus, quod dominus Ekehardus venerabilis abbas in Reinhersburnen nobis sup-

423. b) fluvium flumen Kop. c) contingat Dipl. d) contingit T. e) supra. f) rei fehlt T. g) Wondel- leuben T. h) ollarius T. i) conversi (i in Rusur) T. k) Fridericus T. l) caput T.